



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

17. Rationibus semel redditis, & approbatis, non potest denuò
administrator ad eas ede[n]das cogi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

quibus rationes conscriptæ sunt, item reliqua secundum accepta & expensa heredibus reddere debeat? Respondit: ea de quibus queritur, posse heredem vindicare l. Si ita fuerit seruus. s. quæstio hæc. ff. de manumis. testa. In reliquis (inquit Vlpianus) accipere debemus, vt quod ipsa rationum volumina reddantur.

Decima. Qui rationes reddere debet: is 16
potest impetrare à magistratu arbitrum (vulgò calculatorem vocant) qui de acceptis & expensis duntaxat cognoscat. l. si cui libertas. ff. de condi. & demon. Et ibi Bartolus.

Vndecima: Reddita semel ratione approbata, non potest administrator denuo vrgeri ad iterandam calculandi molestiam l. semel C. de apoch. Est autem ἀποχὴ græcè, receptio, Latine, puta chirographum & confessio creditoris, numeratam sibi esse pecuniam à debitore totam vel partem ἀντιποχὴν, autem quam debitor creditori facit, ex scripto, præsertim de annuo debito l. si accepto latum. ff. de acceptila l. si plures apochis. C. de fide instrum. l. si. s. Titius. ff. de condi. indeb. l. qui tabulas. s. apochæ. ff. de fur. Sed